



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1712

Dubium I. Quid sit sigillum Confessionis & qui ad illud teneantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42433

imò nec antiquos semper ita fuisse scrupulosos in parvis. 3. Eos esse singulares, qui pœnitentias aliaque agunt plura, quàm Deus & Ecclesia præscribat. 4. Habendam esse rationem sui honoris, licèt hoc non exigat majus Dei obsequium. 5. Existimare aliquid sibi perire, si te huic vel illi submittas, ei cedas, ab illo quid patiaris, peius illo habearis, is præ te honoretur. 6. Conandum, ut omnibus placeas, nemini displiceas, unde fit, ut licentiùs cum aliis agas, in jocos & exteriora te effundas, parum de internis sollicitus. 7. Officium erga proximum ita exactè peragendum, ut semper inde lauderis ac honoreris, licèt, quæ propriæ sunt perfectionis, negligas. 8. Valetudinis habendam esse rationem, corpus indulgentiùs tractandum, quærendas occasiones illud bene habendi, ut diu nos servitio Dei & proximi conservemus. 9. Ipse tam prudens & exercitatus es, ut teipsum regere possis, nec aliorum consilio vel directione indigeas &c.

CAPUT III.

1933. 1

De adjunctis Pœnitentia.

DUBIUM I.

Quid sit sigillum Confessionis & qui ad illud teneantur.

Resp. I. Sigillum hoc est obligatio juris divini strictissima in omni casu, etiam quo integri regni salus periclitaretur, ad tacendum, etiam post mortem pœnitentis, dicta in confessione [id est, in ordine ad absolutionem] sacra-

2 sacramentalem] omnia, quorum revelatio
 » Sacramentum redderet onerosum vel odio-
 » sum. *Unde resolves.*

» I. Violatio hujus sigilli duplicem habet ma-
 » litiam, Sacrilegii, contra reverentiam Sacra-
 » mento debitam, & injustitiæ, ex pacto virtuali
 » inter pœnitentem & Confessarium de secreto
 » isto servando omni casu, *Dia. p. 5. t. 11. R. 2. ex*
 » *Fag. Kellison. &c.* Neque hîc datur parvitas ma-
 » teriæ, *Dia. t. 5. R. 8. ex Mald. Bald. &c.*

» II. Non inducitur hæc obligatio, 1. Per
 » confessionem factam fictè, v. g. ad furandum,
 » illudendum vel Sacerdotem pervertendum,
 » etsi hoc casu adhuc prudenter tacendum, r.
 » *Dia. t. 11. R. 26.* 2. Si quis extra confessionem
 » accipiat aliquid sub sigillo confessionis, quia
 » tantùm est obligatio secreti naturalis, gravior
 » aut levior pro rei exigentia.

» III. Non frangitur sigillum. *Primò*, Si in
 » genere dicas, Titium tibi confessum esse ve-
 » nialia aut esse probum, innocentem, modò
 » non dicas in iis circumstantiis, ex quibus col-
 » ligi posset, alios esse nocentes, vel confessos
 » mortalia. *Secundò*, Si dicas N. tibi esse confes-
 » sum, etsi in certis circumstantiis hoc quoque
 » periculosum sit *Lay. l. 5. t. 6. c. 14. n. 21.* Imò si
 » pœnitens verbo vel facto, (v. g. clam acceden-
 » do) significaverit se nolle sciri, quòd sit con-
 » fessus, Confessarium revelare sigillum volunt
 » *Regin. Nav. & Merc. apud Dian. R. 47.* quia pœ-
 » nitens confitendo Confessario extraordina-
 » rio veniret in suspicionem gravioris criminis:
 » Quod *Tamb. in app. c. 3.* dubiè confirmat, asse-
 » rens, se vereri, ne talis accedat ad fractionem
 » sigilli. *Tertiò*. Si peccata ita referas, ut mora-

liter loquendo, persona innotescere non potest, neque communitas aliqua etiam parva infametur, ut quod ibi talia vitia regnent, vid. p. 2. t. 1. R. 13. id enim esset contra sigillum. Unde Tur. apud Dia. p. 5. t. 11. R. 45. & Tamb. in app. cap. 3. reprehendunt Superiorem localem, qui Provinciali fortè dicat, in sua domo sæpe postulari licentiam absolvendi à reservatis, quia potest redundare in ignominiam & damnum domus; etsi idem Tamb. cap. 4. num. 2. dicat probabile esse, quod non sit contra sigillum, & dictæ licentiæ petitiæ fuerint extra confessionem. Quarto. Si utaris notitiâ extra confessionem acquisitâ, imò ipsum peccatum, quod aliundè tibi innotuit, aperias, modò nullam circumstantiam ex sola confessione notam, nec certius referas, quàm extra confessionem nosti: quo in casu opus est magnâ cautelâ, & tutissimum est filere, Lay. num. 16.

IV. Quando plures, v.g. studiosi vel aulici, &c. tenentur ferre testimonium confessionis, Confessarium teneri id dare, etiam iis, quos non absolvit, docet Kon. d. 9. dub. 1. Fag. & Dia. R. 22. tum ne id negando prodat aliquo modo sigillum & pœnitentem; tum quia dando non mentitur, cum tantum testetur esse confessum: Verùm Bon. d. 5. q. 6. f. 5. p. 4. & Lugo, d. 23. f. 4. docent, tali schedam negare, non esse contra sigillum (idemque concedit Aversa q. 18. f. 3. si non constet pœnitentem accessisse hunc Confessarium) tum quia nihil dicit, sed tantum non approbat testimonio positivo confessionem, ad quod non tenerur; nec quidquam facie, ex quo possint cognosci delicta

Tom. VII.

Gggg

pœni-

»pœnitentis : tum quia aliàs via aperiretur
 »fraudibus , & multi improbi Parochos in
 »Paschate deciperent : tum quia potest esse cõ-
 »suetudo , ut scribatur absolutum esse , quod
 »falsum erit si scribat ; & si omittat , sigillum
 »franget : tum quia scandalosum erit & ini-
 »quum , publicæ meretrici perseveranti (uti de
 »occulto peccatori , sic pallianti suam iniquita-
 »tem) testimonium dare confessionis : neque
 »confessario imputandum erit , quòd eum po-
 »sitivè non defendat .

» V. Sub sigillum cadunt . 1. Omnia peccata
 »pœnitentis tam futura quàm præterita : (si
 »quidem hæc animo se accusandi sint manife-
 »stata : secus si per modum simplicis narratio-
 »nis , vel ut Confessarium ad simile peccatum
 »induceret . *Dia. R. 25. ex Suar. & aliis 8.*) ideo
 »que peccat mortaliter , qui sive directè sive in-
 »directè aperit aliquod veniale in particulari
 »etiam leve Titii , quia materia sigilli parvitate
 »tem non habet , ut est omnium ferè sententia
 »apud *Dia p. 5. tr. 5. R. 8. & Tamb in app. cap. 8. v. 1.*
 »qui in genere dicit , eum sibi confessum esse
 »aliquod mortale , vel casum reservatum , vel
 »excommunicationem , vel non esse absolutum
 »ob indispositionem : Imò Confessorem , qui
 »dicat absolutè , Ego Petrum non absolvi
 »frangere sigillum , dicit *Dia p. 5. t. 11. R. 42. ex
 »Suar. & aliis 9.*

» 2. Etiam peccata complices , sive prudent-
 »ter sive imprudenter detecti , *Suar. Vasq. Et
 »comm. apud Dia p. 3. t. 4. R. 111.* An verò liceat
 »interrogare de complice , ad ejus correctionem
 »faciendam , illamque ex licentiâ pœnitentis
 »facere , affirmat *Suar. & Fagun. contra Bon. Lor.*

am, Nugnum. & alios Thomistas v. Dia. Res. 113. 20
Lug. d. 16. num. 426. ubi docet, posse aliquando 20
 pœnitentem à Confessario obligari & cogi ad
 manifestandum complicem extra confessio.
 nem. 20

3. Pœnitentia imposita, si gravis sit, hoc est,
 quæ consuevit injungi pro mortali (qualis
 nunc esset, ait *Dia p. 5. c. 11. R. 31. Corona B. V.*
 non verò Miserere) *Aversa q. 18. f. 6.* 20

4. Peccatorum circumstantiæ, quæ taceri
 pœnitentis interest, etsi dictæ sint post absolu-
 tionem, v. g. si spurius sacros Ordines susce-
 perit, si nobilitatem jactaverit, &c. Bona verò
 pœnitentis & cætera impertinentia, quæ per-
 accidens interponuntur, nec odium Sacra-
 mento pariunt, v. g. propositum religionis vel
 matrimonii, sæpe quidem (si nimirum pœni-
 tens ea tecta velit) sub obligationem secreti
 naturalis, non tamen sacramentalis, cadunt:
 Excipit *Tann. & Kon.*, nisi pœnitens talia dix-
 rit in ordine ad explicanda peccata; tunc enim
 sigillo sacramentali claudi tenent, cum *Dia R. 5.* 20

Idem de virtutibus & vitiis affirmat *Gran.*
 contra *Regin. & Mald.* apud *Dia. R. 30.* de defe-
 ctibus naturalibus (v. g. illegitimè natum esse)
 & de vitiis occultis corporis, *Kon. Hurt. & Kel-*
lison. contra *Gran. Mald. &c.* qui ea sub sigillum
 cadere absolute ajunt apud *Dia. R. 29.* Item de
 iis, quæ alios concernunt, & tamen peccata
 non sunt, *Mald. & Dia R. 38.* 20

Denique de scrupulis (contra *Kon. & Gra.*
 qui eos sigillo claudi absolute affirmant, &
 contra *Marchant.* qui absolute negat) idem
 tenet *Lug.* nimirum si pœnitens scrupulosa
 tem confiteatur, aut ad declaranda peccata vel

"conscientiam afferat, ait cadere sub sigillum,
 "quia est in obliquo saltem materia confessio-
 "nis: Secus, si non cognoscatur ex poenitenti-
 "relatione, sed videatur & percipiatur, v. g. ex
 "modo confitendi. Idem dicit de aliis defecti-
 "bus naturalibus, v. g. quod sit blæsus, rudi-
 "hebetis ingenii &c. Et sic excusat Confessa-
 "rium, qui de poenitente dixit, quod imperi-
 "nentius & nanius caput sibi frangat, vid. d. 23.
 "60. *Gran.* tamen id improbat, & *Kon.* apud *Dia.*
 "R. 50. ait esse periculosum, & posse facile fran-
 "gi sigillum indirectè. Denique *Tamb. in app.* 3.
 "doctrinæ isti nequidè ut probabili acquiresci-
 "atque eam à *Dia l.c.* immeritò vocari commu-
 "nem, cum *Gran. Hurt. Palaus. Bauny. &c.* refr-
 "gentur: aliterque limitans ipse ait, si isti defe-
 "ctus, v. g. esse blæsum, rudem, scrupulosum,
 "&c. sint passim noti, non cadere sub sigillum,
 "secus, si sint ignoti, quia confessio immunitas
 "esse debet ab omni odio.

" Resp. II. Ad sigillum tenentur omnes, ad
 "quos quomodocumque notitia sacramenta-
 "lis confessionis pervenit; qualis est, I. Confes-
 "sarius, qui si de auditis in confessione rogetur,
 "potest negare, etiam, si opus est, cum juramen-
 "to, subintelligendo, quod possit dicere, ve-
 "potius (ut dicit *Lug.*) quod sciat scientiâ util-
 "ad respondendum interroganti extra confes-
 "sionem, (excipit *Henr. & Gran.* cum *Dia R. 43.*)
 "nisi ex illa negatione sequeretur confessionem
 "non fuisse integram, v. g. si de publica met-
 "trice rogaretur, an non esset confessâ fornic-
 "tionem; tunc enim declinando directam re-
 "sponsum, dicendum esse, illam confessam
 "esse peccata sua, & se functum officio suo. (Item
 "si peo

si peccatum suum salvo sigillo non possit
 confiteri, debet omittere, quia sigillū strictius
 obligat, quàm integritas confessionis. II. Su-
 perior, cui se sistit absolutus à reservato, vel
 à quo petitur licentia absolvendi à reservato,
Suar. Lug. Sc. cōtra Henr. Vasq. Kon. & Palaum,
 qui secreto tantū naturali teneri volunt. III.
 Interpres. IV. Qui furtivè vel casu aliquid au-
 dit, licet inculpatè. V. Omnes, quibus aliquid
 sacrilegè revelatum est: unde de hoc nec inter-
 se colloqui possunt. VI. Laicus, qui pro sacer-
 dote est habitus. VII. Doctor vel alius, qui cum
 venia pœnitentis consulitur, ut habet com-
 munionem sententia, contra *Vasq. vid. Dia. part. 2.*
tract. 15. Res. 15. VIII. Qui alterius rudis con-
 fessionem scripsit. IX. Qui scriptam invenit
 ac legit, ut docet *Rodr. Fag. Mald. Sc. apud Dia.*
part. 3. tract. 4. R. 112. & part. 5. t. 11. R. 27. contra
Suar. Bon. & Laym. quorum sententia proba-
 bilis: Juxta quam, etsi talis teneatur secreto
 naturali, peccetque mortaliter, si gravia ac dif-
 famantia vulget, secus tamen, si sciens levia
 tantū esse, ea legat ex curiositate: Unde con-
 sequenter in casu gravissimæ necessitatis, ta-
 lem confessionem scriptam liceret revelare
 (excipit *Lugo*, nisi tamen per scripturam vo-
 luerit confiteri ut mutus, vel petere faculta-
 tem absolvendi à casu reservato, *vid. d. 13. num.*
48.) X. Etiam secundū aliquos, ipse pœni-
 tens, Verūm probabilius est, eum tantū te-
 neri secreto naturali, ratione materiæ, si ea id
 requirat, tacere audita à confessario, *vid. Laym.*
Dian. p. 5. t. 11. R. 8. Unde resolves.

I. Extra confessionem, cum licentia pœni-
 tentis, potest agi de auditis in confessione, sive

¶ cum ipfomet, five cum quocunque alio, est
 ¶ periculosum fit, *D. Tho. Suar. Præ. Tan. &c.*
 ¶ Circa quam licentiam requiritur, 1. ut fit for-
 ¶ malis & expressa, nam præsumpta, tacita, in-
 ¶ terpretativa, virtualis, (etiam in bonū ipsius
 ¶ met pœnitentis) non sufficit, *Fag. p. 2. l. 6. Tamb.*
 ¶ *Mald. & cæteri Doctores comm. 2.* Ut sit libera
 ¶ ac spontanea, non vi, injuriâ, dolo vel per-
 ¶ preces importunas extorta, vel etiam per me-
 ¶ ritum reverentialem ipsius Confessarii obten-
 ¶ ta, *Henr. Fag. l. c. Dian. R. 10. & 24. 3.* Non re-
 ¶ vocata; nam pœnitentem pro libitu, etiam
 ¶ sine causa, eam revocare semper posse, docet
 ¶ *Fag. & Dian. ll. cc. 4.* Non opus esse ut habe-
 ¶ tur in scripto *Suar. Fag. ll. cc.* Imò si dubium sit,
 ¶ an Confessor cum licentia locutus fuerit, Sa-
 ¶ cerdoti potius quàm pœnitenti credendum,
 ¶ *ex Graff. & Henr. affirmat Dian. R. 4.* vel etiam
 ¶ quàm hæredibus; v. g. si ex licentia defuncti
 ¶ revelet restitutionem ab iis faciendam, *Tan. &*
 ¶ *Mald.* Qui tamen monet, eo casu non esse di-
 ¶ cendum, eam deberi ex delicto, sed solùm
 ¶ quòd talibus tantum dari voluerit; satiusque
 ¶ suaderi moribundis, ut talia secreto condi-
 ¶ cillo hæredibus injungant, *vid. Dia. R. 32. 5.*
 ¶ Perinde esse, five ea licentia detur verbo five
 ¶ facto, quod quidem æquivalcat expressæ con-
 ¶ fessionem, v. g. si pœnitens extra confessionem
 ¶ incipiat loqui cum Confessario de dictis in
 ¶ Confessione, tunc enim posse hunc prosequi,
 ¶ docet *Aversa q. 18. s. 7. Tamb. in append. c. 1.*
 ¶ *ex Bonac.*

¶ II. Frangitur sigillum, si cum pœnitente
 ¶ extra confessionem, sine ejus vœnia agas de
 ¶ auditis in confessione aut ea te scire osten-
 ¶ das

das: Quod verum purat *Sanc.* contra *Suar.* &
Luy., etiamsi cum eo tractare velles de essen-
tiali errore in ea commissio, quem illi significa-
re sine ejus venia, non licere docet *Regin. Fag.*
Bon. & alii contra *Fill. Turr.* &c. apud *Dian* p. 3.
t. 4. R. 87. Dixi, extra, quia intra confessionem
potest fieri mentio præcedentium, ut patet ex
praxi confessariorum, qui ob recidivam ar-
guunt, & absolutionem aliquando negant, Ita
Henr. Præp. Gran. Mald. &c. apud *Dia* p. 5. t. 11.
R. 20. ubi ipse cum *Fagun.* negat id licere sine
expressa licentia pœnitentis, nisi de iis, quæ is
iterum confitetur vel saltem tangit, v. *Dian* l. c.
& p. 2. t. 1. misc. R. 12. & p. 9. t. 11. R. 18.

III. Frangit sigillum, qui dicit se in tali mo-
nasterio audivisse grave peccatum; tamen
non nomet personam, *Dian* p. 5. t. 11. R. 35. &
alii 3. cum *Mald.* Additque, graviter peccare
eum, qui dicit in hoc vel isto Ordine Religio-
so, hoc vel istud peccatum fuisse admissum,
quod ex sola confessione novit. Imò nec de
civitate vel certo loco, quo quis confessiones
audivit, licere dicere, quòd gravia fiant, vel ta-
lia & talia peccata committi soleant, (nisi id
aliunde constet) docet *Hurt. Kell. & Mal.*
apud *Dia* R. 35. quia potest redundare in gra-
vamen & infamiam ipsius communitatis, &
fortè etiam civium in particulari, quando ci-
vitas non est ampla, & pœnitentes suspecti, at-
que adeo confessio fieret illis odiosa, vid. *Dian.*
l. c. & R. 36. ubi cum *Malder.* docet Confessa-
rium, qui paucos habet pœnitentes sibi subdi-
tos (v. g. Moniales unius monasterii) scanda-
lum dare, si coram illis concionetur de vitiis

auditis in confessione, quia confessæ facillè
suffunduntur pudore.

IV. Notitiâ in sola confessione acceptâ, nul-
lo casu uti licet, si periculum sit revelationis,
saltem indirectæ. Verùm si nullum sit pericu-
lum, ut vel pœnitens, vel usus scientiæ inno-
tescat, etsi probabile sit, licere uti ad alterius
gubernationem, v. g. negando suffragium ei,
quem ex sola confessione sciz indignum esse,
vel claudendo ostium, per quod quis noctu
ingreditur ad peccandum; item cognitâ pro-
ditione futurâ, monendo de diligenti custo-
dia; impediendo clam matrimonium, quan-
do scitur impedimentum, ut docet *Vasq. Henr.*
Nav. &c. Contrarium tamen verius videtur,
quod docet *Fumus, Sanch. Kon. Lay. Dia. p. 3. t. 4.*
R. 76. & p. 5. t. 11. R. 3. & alii, quia hæc doctrina
posset pœnitentem absterre à confessione.
Et quidem Superioribus Religionum talis gu-
bernandi modus prohibitus est, Anno 1594
cùm in Societate JESU jam antè idem statu-
tum esset, prohibitumque contrarium docere,
v. Dia. p. 4. t. 4. R. 202. Contrâ verò ad sui ipsius
gubernationem licere in tali casu eâ scientiâ
uti, videri probabilius, v. g. abstinendo à ca-
lice, in quo scitur esse venenum, deslectendo
à silva, in qua paratam sibi mortem sciat ex
unius latronis confessione, docet *Syl. Henr.*
Kon. Lay. hic c. 15. contra Sua. Dia. p. 5. t. 11. R. 46.
Excipit *Lug.* nisi actio, vel omissio Confessarii
inducat notitiam peccati, vel damnum affe-
rat confitenti, contra *Kon. d. 9. dub. 4. &c.* qui
putat licere, etsi inde mors pœnitenti immi-
neret à sociis inferenda, *v. l. c. num. 108.*

V. Denique facere aliquid, ex quo soli pœ-
nitenti

nitenti innotescere possit id fieri ex notitiâ confessionis, esse contra sigillum negat D. Th. Bon. Sor. Vasq. &c. affirmat Syl. Val. Kon. Dia. p. 3. t. 4. R. 46. Idque confirmat Fag. Gran. Lug. & Avers. q. 18. f. 8. si tale sit, quod pœnitenti ruborem vel molestiam afferat, v. g. si vultum eius austeriorem ostenderet, vel eum declinaret: secus si ei sit gratum, vel saltem confessionem odiosam aut difficiliorem non reddat, v. g. si audisset eum ad indignationem incidisse ex certo facto vel dicto ipsius Confessarii, inde que ipse à talibus factis vel dictis absteineat &c.

A D D E N D A.

Quest. 285. *Quid præterea notandum sit circa* 1934.
obligationem sigilli. &c. seqq. §. 1. Confessarius tenetur servare sigillum, 1. jure ecclesiastico, quia ita gravissimè præcipit Ecclesia Cap. Sacerdos, De Pœnit. Dist. 6. & Cap. Omnis utriusque sexus, De Pœnit & Remiss. 2. Jure divino suppositâ institutione Sacramenti, quia hoc ipso quod Christus confessionem instituerit, voluit nasci tale secretum & tantam securitatem, ut posset rationabiliter obligare fideles ad confitenda omnia peccata etiam interna sine periculo faciendi confessionem ex isto capite pœnitentibus odiosam. 3. Jure naturali, nam si recta ratio dicet servandum esse secretum etiam extra confessionem sacramentalem commissum & promissum, ita ut contra justitiam peccet, qui revelat, multò magis commissum & promissum in confessione.

§. 2. Certum quidem est ex traditione & iudicio totius Ecclesiæ ac etiam ex sensu communi 1935.

Gggg 5

ni

ni omnium fidelium, quòd in nullo prorsus casu licitum sit absque consensu pœnitentis revelare secretum sacramentale, neque in hoc dispensare posse etiam totam simul Ecclesiam, at tamen incertum manet, unde illa strictissima obligatio nascatur, nam 1. non est præcisè ex jure naturali obligante ad secretum, quia secretum naturale non ita obligat, quin ex gravissimis causis saltem bonum commune concernentibus liceat illud revelare. 2. Aliqui dicunt inde esse, quòd Sacerdos revelans confessionem mentiretur, quia ipse non scit ut homo sed ut gerens vicem Dei, postea autem manifestaret ut homo. *Contra* est nam imprimis postea dicere posset se scire tanquam gerentem vices Dei, nunc autem manifestare tanquam hominem, in quo nullum esset mendacium, sicuti neque tum est, si revelet cum licentia pœnitentis. Deinde si tantum ratione mendacii tenetur, ergo peccaret tantum venialiter revelando veniale, hoc autem est falsum. 3. Alii dicunt ideo esse, quia revelatio opponitur significationi ipsius Sacramenti, in quo Deus regit peccata pœnitentis; secundum illud psalmi 31. v. 1. *Beati, quorum remissa sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata.* *Contra* est, nam imprimis ratio illa est tantum congruentia moralis, ex qua desumi non potest tam stricta obligatio. Deinde, ergo licita non erit confessio publica, neque cum venia pœnitentis licebit revelare secretum Confessionis, quia pœnitenti licitum non est impedire significationem Sacramenti. Denique licitum erit revelare peccatum, cujus absolutio justè negata est, maxime si impœnitens illi immoriatur, nam tale peccatum

tum non tegitur, id est, non remittitur à Deo.
 A. Alii dicunt scientiam ex confessione habitam esse sacram & superioris ordinis, cum ad salutem poenitentis ordinetur, ideoque non posse licite ordinari ad fines extrinsecos & inferioris ordinis. *Contrà* est, Ergo saltem licitum erit revelare pro salute poenitentis, ut impediatur ejus relapsus: Item ut fides conservetur in aliquo regno &c. Deinde res superioris ordinis potest aliquando ordinari ad rem inferioris ordinis, v. g. Missa ad recuperandam sanitatem aegroti, ergo.

1936.

§. 3. Strictissima illa obligatio sigilli sacramentalis oritur ex jure naturæ, nam sicuti jure naturæ necessarium fuit, ut omni casu illicita esset voluntaria pollutio, quia si pro aliquo casu fuisset licita, homines ob nimiam propensionem in illas voluptates facile judicassent esse nunc illum casum, quo liceat, quod gravissime nocuisset educationi prolium & propagationi generis humani, ita si homines scirent pro aliquo casu licitam esse revelationem sigilli, Confessarii sæpe crederent sibi hic & nunc licere, poenitentes autem merito timerent, ne jam esset casus, quo peccatū suum revelari posset, quod faceret confessionem odiosissimam: & ideo, inquit *Lugo* d. 22. num. 4., memini me legisse, quòd apud Abissinos vel Æthiopes hoc Sacramentum ferè abierit in desuetudinem propter malitiam Sacerdotum, qui sigillum religiosè non observabant; ergo recta ratio dicitur necessarium fuisse, ut nullo prorsus casu sigillum sacramentale esset absque consensu poenitentis revelabile: hinc *Nav.* super cap. Sacerdos De Poen. dist. 6. n. 118. ait, nihil mali adeo grave occurrere

currere potest, quo non sit gravius & pejus Ecclesie Christianae confessionem Christianis excusam fieri, at simul ac concesserimus confessionem contra confitentis voluntatem revelari posse, excusa fiet illa & toti Ecclesiae molesta, ergo ob nullam causam id fieri potest. Et in hoc solo jure naturae putant obligationem illam sufficienter fundari, *Hurt. Lugo, Dicast. d. 12. dub. 1. E contra Henric. Vasq. Valent. Torr. Cón Laym. Arr. Regim. Aversa q. 18. s. 1. Haun. l. 4. n. 127. Gorm. p. 2. à n. 380.* dicunt eam obligationem non haberi ex solo isto jure naturae, sed simul ex divino positivo nobis per traditionem manifestato, nempe ex speciali praecepto Christi, qui sigillum hoc pro nullo casu voluerit esse revelabile, ne unquam periculum esset confessionem ex metu revelationis esse aut fieri odiosam. Prima sententia est probabilissima, secunda est facilior: nos dicimus saltem ex utroque capite concludi strictissimam obligationem sigilli sacramentalis pro nullo casu ab ulla humana potestate dispensabilis.

1937. §. 4. Licet fractio sigilli quoad malitiam justitiae oppositam posset esse peccatum veniale, si leviter tantum laedatur fama vel jus proximi, tamen quoad malitiam religioni oppositam semper est mortale, quia Sacramentum per hoc redditur valde odiosum, quae est gravissima irreverentia, *Mendo diff. 10. n. 146. Stoz l. 2. nu. 256.* Si autem absit revelatio peccati & tantum reddatur odiosum Sacramentum, putat *Gob. t. 7. n. 884.* posse dari materiam levem, quia putat esse posse tam leve incommodum poenitentis, ut Sacramentum non ideo reddatur graviter odiosum, sed contradicunt *Stoz & Viva in Append. ad prop. damnatas §. 9. dub. 2.*
Quid.

Quidquid fit de hoc, debet nihilominus in confessione exprimi, an sigillum sit fractum in re levi an gravi, ut constet, quale sit peccatum contra iustitiam, *Lugo, Tamb. Stoz n. 188.*

§. 5. Ex dictis colligitur, 1. sigillum esse illam ipsam obligationem jure naturali & positivo tam divino quàm ecclesiastico introductam, vi cujus aliquis debet omnia, quæ non nisi ex confessione cognovit, ita indispensabiliter recta servare, ut in nullo excogitabili casu directè vel indirectè manifestare possit, quamvis salus totius mundi per hoc comparari aut omnium hominum damnatio impediri posset. 2. Si Confessarius non posset confiteri integre sine fractione sigilli, non posse nequidem in articulo mortis integre confiteri, quia major est obligatio sigilli quàm integritatis materialis, & si licet tacere peccatum ob damnum vel infamiam proximi, magis ob hanc causam, *Silv. Nav. Suar. Fill. Castrop. t. 23. p. 18.*

1938.

Q. 286. Ex qua confessione oriatur hæc obligatio sigilli. R. Ex confessione Sacramentali, circa quam hæc sunt notanda.

1939.

§. 1. Confessio tum est Sacramentalis, si fiat cum animo accipiendi absolutionem à præsentem Sacerdote, non autem si cum animo accipiendi ab absente, secundùm dicta n. 1202. talis tamen confessio fieret Sacramentalis, si postea factus præsens Sacerdoti illorum peccatorum adhuc memori diceret, *me accuso de peccatis ad te scriptis*, secundùm dicta n. 1196. & præsumendum est poenitentem mittentem absenti scripta peccata id intendisse, adeoque peccata sic absenti scripta erunt materia sigilli.

§. 2. Confessio etiam tum est sacramentalis,

1940.

his,

lis, si fiat Sacerdoti ad habendum consilium pro
pacanda conscientia, volendo confiteri, si opus
fuerit, quamvis nunc re ipsa absit dolor vel pro-
positum emendationis, talis enim manifestatio
est inchoativa vel dispositiva vel saltem redu-
ctiva confessio: unde etiam ex tali confessione
vel accusatione sequitur obligatio sigilli, quam-
vis ex indispositione poenitentis, aut defectu
integritatis, aut etiam ex malitia Sacerdotis vel
ex defectu jurisdictionis, approbationis vel in-
tentionis non sit secuta valida absolutio, uti ha-
bet communis & certa cum *Mendo Diff.* 10. n.
126. Quod si quis Sacerdoti nolenti audire nar-
ret peccata intendens ab eo absolvi, *Suar.* &
Aversa q. 18. f. 3. negant oriri sigillum: sed pro-
babiliter affirmant *Mald. Dian. Lugo* d. 23. n. 44
sicuti sigillo tenetur etiam laicus, qui casu &
invitus audivit peccatum alterius confitentis
Sacerdoti, uti recte *Suar.* & alii cum *Aversa* f. 5.
contra *Sot.* & *Tann.*

1941. §. 3. Si quis pure historicè vel jactantiae cau-
sa narrasset Sacerdoti peccata sua, talis mani-
festatio non fuisset sacramentalis, fieret tamen
sacramentalis, si eidem Sacerdoti peccatorum
illorum adhuc memori diceret, *me accuso de pec-
catis illis tibi antehac narratis.*

1942. §. 4. Si quis etiam in confessionalis genu-
flectens absque animo confitendi dicat ali-
quod peccatum Sacerdoti, & addat se commit-
tere illud sub sigillo, & Sacerdos etiam veluti
sub sigillo notitiam illam admittat, non ideo est
sub sigillo, cum non fiat in ordine ad absolu-
tionem, nec sit accusatio ullo modo sacramen-
talis, unde Sacerdos tenebitur tantum ad secre-
tum naturale, *Suar. Vasq. Fill. Gob. Aversa, Burch-*
cent

cent. 3. cas. 8. Stoz n. 219. Similiter nec sub sigillorum cadit, si quis peccatum manifestet Confessario solummodo ad consilium habendum pro infamia, poena vel alio malo avertendo, *Castrop. Stoz n. 220.* Neque tum, si fiat ad illudendum Confessario, aut ad illum seducendum, *Stoz n. 229. 232.* Neque si ad simulandum se confiteri, cum tamen de nullo peccato se accuset, sed tantum petat schedam confessionis, docentque *Laym. Lugo, Stoz n. 220. & 235.* tali non posse dari testimonium confessionis, quia confessus non est.

§. 5. Si homo rudis sua peccata aliter edicat ante statuam alicujus Sancti, & aliquis adstans audiat, non tenetur sigillo, quia credibile non est, quod fecerit ex intentione sacramentalis absolutionis, sed tantum fecerit ex desiderio remissionis obtinendae vel ad testandum magnum dolorem suum, *Gob. n. 824.* 1943.

§. 6. Si quis cum animo saltem se accusandi manifestarit peccata Sacerdoti & petat schedam confessionis, *Henriq. Bonac. Lugo, Dicast Gorm. p. 2. nu. 386.* & alii putant confessarium posse negare, sed probabilius est cum *Con. Laym. Aversa l. 2. Illf. n. 258. Stoz n. 235.* teneri dare, si soleat dare aliis eam petentibus, quia negare in talibus circumstantiis esset indirecte dicere, quod non sit rite confessus vel absolutus. An confessio facta non Sacerdoti inducat obligationem sigilli, dicitur n. 1950. 1952. 1954. 1944.

Q. 287. Quas sententias expediat sequi circa hanc materiam de sigillo. R. Si plures sententiae sint probabiles, in praxi, expedit sequi illas, quae favent sigillo, *Dian. in proemio ad p. 5. t. 11. Gob. tr. 7. n. 853. Stoz l. 2. n. 205.* Ratio est 1. quia 1945.

Autho-

Authores, qui dicunt hoc vel illud non cadere sub figillum, fatentur obligationem secreti naturalis vel fidelitatis, ergo ut quis tanto magis peccato quovis removeatur, melius erit tenere in praxi, quod etiam sub figillum cadat. 2. Qui sequitur sententias non faventes figillo, communiter committit scandalum saltem apud rudiores putantes figillum frangi. 3. Quando jura videntur esse fere paria, potius favendum est causæ piæ quàm non piæ, sententia autem pro figillo est causa piæ, cum stet pro reverentia tanto majori Sacramenti. 4. Quando duæ sententiæ sunt probabiles, non debeo sequi illam, quæ erit in damnum tertii, nisi hic præmoneatur & consentiat, v. g. quando probabile est equum esse & non esse meum, non debeo illum vendere Titio nisi præmonito & consentienti, atqui aliquid esse vel non esse contra figillum hoc plurimum interest pœnitentis, ergo quando utrumque est probabile, non debeo sine illius licentia sequi negativam, quæ ipsi merito poterit esse gravis vel damnosa. 5. In re etiam positivè dubia potius judicandum est in favorem pœnitentis & confessionis, neque potest prævalere possessio libertatis, quam diceretur habere Confessarius ad loquendum, nam hic obstat periculum scandali, vel saltem, quod confessio reddatur odiosa, ergo hic vincitur possessio, cum non sint omnia æqualia. Hinc

1946. *Infertur* 1. Si quis dubitet, an audiverit aliquid in- an extra confessionem, revelare non potest, tum quia periculum certum reddendi confessionem odiosam prævalet ex Christi institutione contra libertatem loquendi, tum etiam

etiam quia cum præceptum sigilli nunquam
desinat obligare nec unquam dispensetur, in
dubio de tali præcepto sequendum est tutius,
Regin. Bonac. Schild. t. 6. c. 5. §. 3. contra Bardi,
cujus opinio, inquit *Gob. n. 848.* habet plus spe-
culativæ quàm practicæ probabilitatis. 2. Ne-
mo potest uti scientiâ confessionis, si tantum
sit probabile & non moraliter certum, quod ex
tali usu nulla revelatio nec ullum gravamen
pœnitentis orietur, quia sequendo oppositum
confessio hominibus fieret odiosa.

Q. 288. Quid addendum sit circa illa, quæ di-
cuntur materia sigilli seu cadere sub sigillum. *R. seqq. 1947.*
§. 1. Sub sigillum cadunt, quæ aliquo modo
sunt materia vel objectum peccati in confes-
sione manifestati, uti votum castitatis, contra
quod conjux confitetur se petivisse debitum,
Lugo d. 23. n. 52. Stoz n. 232. 233. Item si pœni-
tens confiteatur se maledixisse Cajō propter
ejus morositatem, se gavisum esse de infamia,
quam Cajus passus est propter imprudentiam,
hæc morositas & hæc imprudentia Caji cadunt
sub sigillum, si pœnitens nolit ea revelari: si
tamen Confessarius advertat pœnitentem non
curare, an ea manifestentur necne, non erit
contra sigillum, *Stoz n. 233.* Præterea virtutes
aliaque dona possunt esse materia sigilli, v. g. si
pœnitens confiteatur se fuisse Deo pro iis in-
gratum, *Lugo n. 48. Stoz n. 191. 233.* Item pec-
cata existimata & peccatorum circumstantiæ,
quas pœnitens non libenter manifestaret extra
confessionem. Item defectus naturales, qui oc-
casionem peccati confessi innotescunt, *S. Th. Illf.*
n. 264. Item quidquid potest ducere in cogni-
tionem vel peccati vel confitentis peccatum, si

tale quid in confessione ideo dicat, aut ex modo loquendi vel confitendi manifestet, quia putat id esse utile ad sua peccata melius declaranda, & non vellet sciri extra confessionem, etiam si re ipsa ad declaranda peccata utile non fuerit. *Cón. Lugo, Sto2 n. 191. 232.* Et nihil horum nequidem indirectè revelari potest etiam apud ipsum pœnitentem seu cum ipso loquendo extra confessionem Ratio omnium horum est, quia sic redderetur Sacramentum odiosum Ille autem censetur indirectè revelare, qui dicto vel facto dat occasionē prudenter suspicandi de pœnitente tale quid, quod ex sola confessione scitur, *Lugo n. 106. Sto2 n. 192.* Attamen non omnes conjecturæ leves, quas malitiosius natuti facillè faciunt, sunt signa fracti sigilli, nemo enim cavere potest omnes ejusmodi occasiones indirectas, *S. Tho. Scot Lugo, Tamb. Gab. n. 800. Gorm. 2. n. 398.* Quòd si pœnitens virtutes suas & gratias divinas in confessione explicet, non ratione alicujus peccati circa illud commissi, sed tantum ut status animæ sit Confessario notus, non cadunt sub sigillum, *Sto2 n. 233.* Ut nec illa, quæ pœnitens non agrè fecit sciri, uti quòd sit Sacerdos, uxoratus, *Gallus Germanus &c. Lugo, Tamb. Aversa q. 18. f. 4.*

1948. §. 2. Peccata aliena, si narrentur ut connexionem peccatis propriis, eò quòd ob explicationem priorum sit facta mentio alieni, uti si mater dicat se imprecaturam filio, quia erat furatus, sunt materia sigilli: si verò tantum historice narretur sine connexionem cum peccato proprio, probabilius est contra *Havis in Disq. Theol. De sigillo n. 222.* non esse materiam sigilli, quia habent se planè impertinenter ad

confessionem, non secus ac alia facta, quæ pœnitens de se narrat: cavendum tamen scandalum & offensio pœnitentis.

§. 3. Si complex peccata complicitis absque necessitate manifestet Confessario, De La Cruce dicit non esse materiam sigilli, quia est res ad confessionem impertinens, sed probabilius contradicunt Suar. Aversa, Mendo diff. 10. n. 120. 148. quia dictum est ex intrinseca occasione confessionis & velut aliquid ad eam aliquatiter spectans, imò sæpe fiet, ut occasione revelari peccati complicitis veniri possit in notitiam peccati pœnitentis.

§. 4. Peccata, quæ acatholicus dicit Prædicanti, intendens ut Deus illa tegat, non sunt materia sigilli, quia sic confitens non credit pœnitentiam esse Sacramentum, nec peccata esse materiam absolutionis Stoz n. 221. Gob. tamen n. 785. rectè dicit, si sperarit absolutionem sacramentalem à Prædicante, hunc teneri sigillo.

Q. 289. Quid addendum sit circa illos, qui obligantur sigillo. R. In genere illi omnes obligantur, ad quos notitia rei sigillo clausæ pervenit, sive immediatè sive mediatè, sive licitè sive illicitè: hinc

§. 1. Obligatur superior, cui pœnitens vel alius manifestavit reservatum, etiamsi pro absolutione remittat ad alium Confessarium, Suar. Fagund. Lugo, Dicast. d. 11. n. 323. dicens esse certum, Stoz l. 2. n. 26. Aversa q. 18. s. 5. contra Vasq. Cón. & alios.

§. 2. Etiam obligatur interpret, per quem volui confiteri, quamvis postea non confitear, S. Th. Sot. Suar. & alii cum Aversa & Stoz n.

212. contra *Cajer. Sor. & alios.* Item qui per
examen me disponit ad confessionem. Item
cui me aperio hodie, ut me dirigat pro confes-
sione crastina. Item si ignarus linguæ petam ab
aliquo, quid significet tale peccatum, ut confite-
teri possim, *Stoz contra Con.* Item cui dico me
velle confiteri, & propterea illum consulo, an
aut quomodo hoc vel illud teneam confitendo,
quamvis non illi sed alteri confiteri velim, *Fa-
gund. Dian. Stoz n. 213. 261. Gorm. p. 2. n. 484.*
contra *Suar. Henriq. Aversam, Illf. n. 263.* qui
negant, si velim confiteri alteri. Item teneam
cui ego, jam non potens scribere, dictavi mea
peccata, postea ex ipsius scripto confessurus
Præpos. Stoz n. 214. Item quem scivi quidem
necdum esse Sacerdotem, attamen per errorem
invincibilem putavi habere potestatem absol-
vendi, *Nav. Fagund. Præp. Hurt. Dian. Gob. 7. n. 785. 853. Stoz n. 217. contra Toles. Suar. Fasq. Laym. Lugo, Dicast. Aversam s. 3. Gorm. 384.* Item qui audivit à Confessario ebrius
somniaute, fatuo peccatum pœnitentis, *Aversam s. 5. Stoz n. 262.* Et quoad omnia ista confes-
Gormaz n. 391. Quòd si quis non possit man-
stare peccata, nisi alius audiat, hic alius tene-
tur, *Fag. Cón. Laym. Tamb. Stoz n. 218. contra Sor. & alios.* Si quis autem sponte ad majorem
confusionem publicè sit confessus Confessario
simulque aliis, *Cón. & Castrop.* dicunt solum
Confessarium teneri ad sigillum, *Stoz* putat te-
neri etiam alios, si ita velit pœnitens, cum sit
unica confessio, sed si non restringat magis ad
Confessarium quàm ad alios, ipso facto cen-
setur dare licentiam loquendi & Confessario &
aliis, cum eadem locutio sit & confessio & ab-
solutio

manifestatio peccati, & si velit esse publicam respectu aliorum, non est ratio dicendi, quod velit esse occultam respectu Confessarii, *Lugo d. 23. n. 39. Aversa l. 5.*

§. 3. Qui legit schedam, cui peccata in ordine ad confessionem inscripta erant, secundum *Castrop. Aversa l. 5. Illf. n. 263.* aliosque multos, ad quos inclinatur *Busenb.* non tenetur sigillo, quia obligatio sigilli nascitur ex actuali confessione, scriptio autem illa non est actualis confessio, nec signum, quo poenitens peccata manifestat Confessario. sed tantum fit, ut poenitens sibi ea manifestet & memoriam retineat. Limitant *Laym. & Lugo*, nisi poenitens schedam tradidisset Confessario, qui perdidisset, esset enim idem, ac si audisset confitentem. E contra talem, qui schedam legit, absolute teneri sigillo, docent praeter citatos à *Busenb. Nav. Graff. Vega, Dian. Gorm. n. 403.* ad quos inclinatur *Tamb.* quia talis scriptio fit propter confessionem, & re ipsa videtur esse inchoata confessio: Et saltem fatentur omnes, si poenitens mutus per schedam fuisset confessus, peccata in illa scripta fore materiam sigilli: Hinc talis, qui legisset, Item Superior, interpretes & alii, de quibus dictum est à n. 1951. nec cum Confessario nec cum poenitente ipso postea possent iterum loqui de peccatis sic cognitis, uti rectè *Aversa l. 6.* qui rectè norat idem esse de duobus Confessariis, quibus poenitens eadem peccata esset confessus.

§. 4. Sacerdos postea resciscens se non habuisse potestatem absolvendi, aut se antea non fuisse Sacerdotem imò nec baptizatum, tenetur sigillo, confessio enim hoc ipso fuit sacramentalis,

Hhhh 3

lis,

lis, quod facta sit animo se accusandi illi, quem putabat esse Sacerdotem vel habere potestatem, *Lugo, Dian. Gob. in Exp. t. 2. n. 440.*

1955. §. 5. Pœnitens ipse non ita tenetur sigillo, quin Confessario dare possit licentiam illud revelandi, etiamsi de hoc non loquatur extra confessionem, *S. Bonav. Rich. Palud. Silv. Nav. Suar. Vasq. Lugo d. 23. n. 133. Stoz n. 183. contra Alenf. Scot. Dur. Maj. Gabr. Angel.* Ratio est, quia sicuti, quamvis sigillum epistolarum sit in bonum communitatis, ejusque obligatio sit de Jure gentium tamen quia est principaliter in favorem scribentis, hic scribens potest tollere obligationem sigilli & facere potestatem aperiendi suas litteras etiam ad tertium scriptas, ita cum obligatio sigilli sacramentalis sit in favorem pœnitentis, poterit tollere sigillum: Et licet Clericus non possit facere potestatem licite se verberandi, non est hic paritas, nam Clericus non potest facere, ut non maneat Clericus, hunc autem Ecclesia ob reverentiam statim absolute verat verberari: E contra pœnitentem potest facere, ut non maneat sigillum, quo ablato Confessarius novit peccata tanquam homo, ergo liberè potest de illis loqui.

1956. §. 6. Putarunt aliqui cum *Adr. Palud. Nav. sicuti Confessarius tenetur ad sigillum circa peccata pœnitentis, ita teneri pœnitentem ad sigillum circa illa, quæ Confessarius ei dicit occasione peccatorum, ut sic securius dicantur, quæ meritò taceri vult Confessarius. Sed rectè contradicit communis cum Aversa l. 5. & Rayn. in Heter. Tom. 16. f. 1. p. 8. n. 50. dicit extra dubium esse, quod sigillum non in gratiam Confessarii sed solius pœnitentis à Christo sit institutum:*

neum: attamen potest fieri, ut pœnitens peccet manifestando ea, ex quibus colligatur Confessarii indiscretio, imprudentia, nimia severitas vel laxitas, sic enim injustè infamatur ob defectum vel delictum occultum.

§. 7. Si Confessarius cum licentia dixerit Titio peccatum pœnitentis, *Vasq. Cœn. Hurt. Laym. Castrop. Aversa* f. 5. & 7. negant Titium teneri sigillo, nisi peccatum esset revelatum ob causam spectantem ad absolutionem, quia talis scientia non oritur ex confessione sed ex licentia à pœnitente data: E contra *S. Tho. & alii cum Illf. num. 263.* dicunt teneri, quia præsumi non debet, quòd pœnitens dederit licentiam, nisi ob causam, quæ respiceret absolutionem: *Stoz* probabilius dicit id pendere à voluntate pœnitentis, qui si permittat eâ uti, ac si independenter à confessione esset acquisita, non vult apud Titium esse sacramentalem vel sub sigillo; si autem velit communicari, uti ex confessione eam habet Confessarius, manet sacramentalis & sub sigillo apud quemcunque, cui sic communicatur: præsumi autem debet semper, quòd sic communicetur, nisi clarè constet de opposito, *Lugo* d. 23. n. 29. *Stoz* n. 199. Et *Dian.* retractatâ oppositâ sententiâ notat p. 5. t. 11. R. 7. & 11. in hoc casu debere à Confessario admoneri Titium, ut non aliter utatur illâ notitiâ.

Q. 290. Quid præterea notandum sit circa licentiam loquendi, quam pœnitens dare potest Confessario. *sc. seqq. §. 1.* Si pœnitens non ultro sed tantùm ad petitionem Confessarii det licentiam loquendi, communiter censeri debet data ex metu reverentiali adeoque invalidè, *Dicast.*

d. 12. n. 66. *Tamb.* De confess. l. 3. c. 3. nu. 5. Vel certe cum periculo invalidatis, *Diana* p. 5. c. 11. R. 10. *Stoz* l. 2. n. 197. addens quamvis poenitentes dicant se libenter eam dare, sæpe tamen in animo refugere, & sic Sacramentum adhuc reddi odiosum, si quis eam licentiã utatur: Hinc *Aversa* s. 7. & *Mendo* diss. 10. q. 5. meritò dissuadent Confessariis per se corripere complicem ex licentia poenitentis: Quòd si opus esset, nec per alium fieri posset, suadent extra confessionem dari licentiam. Posse autem esse casum, quo poenitens teneatur complicem manifestare Confessario, dixi n. 1752. Quòd si bonum commune vel charitas proximi non postulet specialiter & necessariò operam Confessarii, v. g. ut suppleat pro poenitente in denunciando sollicitatore, suadet *Tamb.*, ut onus illud in se non suscipiat, præceptum enim denunciandi secundùm dicta n. 1757. obligat poenitentem ipsum: Docetque *Viva* ad prop. 7. *Alex.* VII. poenitentem ipsum tum teneri ad hoc faciendum per litteras vel per alium internuntium. Addit *Viva* in Append. §. 9. non esse facile petendam licentiam utendi notitiã confessionis, quia hæc ipsa petitio communiter reddit confessionem odiosam.

1959. §. 2. Ut Confessarius sine læsione sigilli possit monere vel revelare complicem, putant *Palud.* *Sot.* *Bann.* *Angel.* *Vasq.* *Rosel.* *Tann.* *Tamb.* *Stoz* n. 230. non sufficere poenitentis sed etiam requiri complicitis licentiam, quia quamvis confessio per hoc non fiat odiosa poenitenti, sit odiosa aliis: Deinde quia peccata complicitis etiam cadunt sub sigillum, atqui sigillum non tollitur, nisi cum licentia illius, cujus res agitur, seu

cujus sunt peccata, ergo. E. contra S. Th. S. An-
 con. Adr. Gers. Nav. Suar. Henriq. Lugo, Dicast.
 Castrop. Aversa q. 18. s. 4. Ills. n. 265. probabilius
 dicunt sufficere licentiam pœnitentis, hic enim
 habere debet potestatem tollendi sigillum, à
 quo, & propter quem solum inducta est obli-
 gatio sigilli. In praxi tamen expedit, ut pœni-
 tens extra confessionem manifestet compli-
 cem, si hic sit corrigendus aut aliud malum im-
 pediendum.

§. 3. Pœnitens potest licentiam datam re- 1960.
 vocare vel limitare, non tantum quando dedit
 intra confessionem, sed etiam quando extra,
 Stoz n. 198. contra Laym. & Gob. nisi fortè de-
 didisset extra confessionem & independenter ab
 ea, Regin. l. 3. n. 61.

§. 4. Quando pœnitens extra confessionem 1961.
 loquitur cum Confessario de dictis in confes-
 sione, si id non faciat in ordine ad novam
 confessionem, Gob. putat tolli sigillum, sed pro-
 babilius est cum Stoz n. 203. pœnitentem, si
 velit, posse sic loqui, ut maneat sigillum, tracta-
 re enim potest ea extra confessionem, quæ non
 ita potuit in confessione: & magnum foret o-
 nus non posse de iis agere cum Confessario,
 nisi vel rursus confitendo vel solvendo si-
 gillum.

Q 291. Quid præterea sit notandum circa fractio- 1962.
 nem sigilli. R2. In genere tum frangitur sigil-
 lum, si reveletur aliquid per solam confes-
 sionem notum & spectans ad sigillum, simul ma-
 nifestando personam, quam concernit, si hoc
 fiat sine expresso consensu illius: hinc

§. 1. Confessarius frangit sigillum, si de pec-
 cato pœnitentis per solam confessionem sibi

Hhhh 5

noto

noto loquatur cum aliis, qui illud aliunde audiverunt, etiam si audientes non advertant, quod ex confessione loqui incipiat, *Bonac. Fag. Lugd. Stoz n. 193.*

1963. §. 3. Etiam frangit sigillum, si peccatori de confessione noto neget Eucharistiam vel aliud Sacramentum: Si publicè conquerenti sibi negatam absolutionem vel Eucharistiam, dicat, ne conqueraris, non potui: Si dicat, jam est restitutus gratiæ per confessionem mihi factam: Si nolit audire eum, quem aliàs solitus est audire, quia jam putat esse indispositum aut nolle occasionem proximam vitare, quidquid contradicat *Viva* in append. ad prop. damnatas §. 9. Item: Si ex scientia in confessione hausta specialem inquisitionem instituat circa subditos: poterit tamen Superior sciens talia in sua communitate grassari attendere, ut aliàs fecisset. Si injungat gravem pœnitentiam, quam tantum coram aliis, qui judicare poterunt esse pœnitentiam, possit peragere, nisi pœnitens expresso & libero consensu accipiat, *Fagund. Stoz n. 237.* Ratio dictorum est, quia sic saltem indirectè revelat peccatum & quidem grave pœnitentis, vel sic repellendo censetur pœnitenti exprobrare peccata præterita. Si autem repellat, quia scrupulosus est, hoc erit ei notum aliunde quàm ex confessione, & tum repellendo non utetur scientiâ confessionis, *Viva supra.*

1964. §. 3. Qui dicit, primus, quem audivi, fuit adulter, exponit se periculo frangendi sigillum, quia facile fiet, ut immemor hujus dicti aliâ vice dicat, ubi vel quem primò audierit, aut fortè visus est audire primum, *Stoz n. 226.* addens idem periculum quandoque esse posse, f

si quis nudè dicat se audivisse adulterum, quia vel complex vel ipse adulter fortè aperuit suum peccatum, aut aliunde saltem innotuit illi, cui Confessarius hoc dicit, unde cum sciatur esse confessus huic Confessario, nec prudenter possit tale peccatum de alio pœnitente præsumi, possunt esse circumstantiæ, ut indirectè manifestet hujus peccatum.

§. 4. Qui dicit, *Titium pro confessione auditum non absolvi*, frangit sigillum, communis cum *Mendo* diff. 10. n. 127. contra *Cal.* Item qui dicit *necdum absolvi*, quia communiter longa confessio notat vel multa peccata vel defectum confitentis, *Gran. Tamb.* contra *Suar.* Excipe, nisi sciretur confessionem esse generalem vel longi temporis, ita ut pœnitens non ægrè ferret. Si autem pœnitens coram Confessario & aliis dicat se non esse ab eo absolutum, hoc ipso dat Confessario licentiam hoc ipsum fatendi, attamen non ideo potest dicere causam, cur negata sit absolutio, *Stoz* n. 235. Quòd si Confessarius diceret se non absolvisse defectu materiæ, non frangeret sigillum, *Gorm.* p. 2. n. 400.

§. 5. Confessarius frangit sigillum, si in præsentia pœnitentis & aliorum quantumcunque multorum indeterminate dicat, unus vestrum tale peccatum commisit, quia quamvis *Cap. Si Sacerdos* De off. Jud. Ord. dicatur, *Si Sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicujus criminis, vel si confessus fuerit & emendare noluerit, nisi judiciario ordine quis probare possit, non debet eum arguere nominatim sed indeterminate, sicut dixit Christus, unus vestrum me traditurus est: nihilominus sic arguendo confessio redderetur odiosa, Sylv. in Resol. sub finem oratione 5. dicens*
cita-

citatum capitulum loqui de peccato aliunde noto. Putant etiam *Suar. Vasq. Côn. Lugo* & alii multi frangi sigillum, si quis dicat, *Religiosus talis Ordinis vel Monasterii mihi confessus est tale peccatum, in hoc Monasterio sæpe petitur licentia pro casu reservato &c.* quamvis resciri non possit, quis in individuo fuerit reus: ite si dicat, *in tali urbe grassantur adulteria*, quia hoc redundat in gravamen totius communitatis adeoque etiam Rei in ea communitate comprehensi: Alii tamen cum *Nav. Sylv. Aversa* q. 18. l. 4. dicunt non frangi sigillum, si nulla gigni possit suspicio de ulla particulari persona, attamen posse esse contra justitiam vel causare scandalum.

1967. §. 6. Peccat Parochus, qui intendens absolvere pueros, publicè interrogat, quid fecerint, quia peccata, quæ narrantur, exponit periculo revelationis *Nav. Lugo* d. 23. n. 42. Excusat *Gob. t. 7. n. 864* si faciat, ut exploret, an capaces sint absolutionis, dummodo postea vocatos ad confessionale singulos jubeat iterum se de eis sacramentaliter accusare: sed excusatio illa nulla est, si pueri antea putabant se sacramentaliter confiteri.

1968. §. 7. Si sponsi die, quo contracturi sunt & de more communicare debent, in confessione inveniuntur hætenus impudicè vixisse, *Opstraedt* in *Past. bono* p. 4. c. 10 §. 5. dicit absolvi non posse, quamvis ex omissione communionis aut dilatione Matrimonii colligeretur aliquod crimen in confessione esse deprehensum, nec ideo Pastorem frangere sigillum, quia tantum officio suo fungitur. Contrà est, nam negando absolutionem facit, ut alteruter rescia- tur esse indispositus ad Communionem, & per hoc

hoc confessio certò fit multùm odiosa. Itaque hic sequendum consilium S. Caroli Borromæi in Instr. Past. p. 2. c. 16., ubi clarè significat, si absolutio citra periculum & infamiam pœnitentis procrastinari non possit, ut promoveat Pastor contritionem, ut potest, & si emendationem cum signis doloris in se recipiat pœnitens, absolvat.

§. 8. Si sponsus fassus sit multas fornicationes à se cum sponsa commissas à paschate, & sponsa dicens se in paschate ultimò confessam neget omnes, sciens tamen fornicationes tales esse peccata, absolvi non debet, sed dissimulante super eam dici, *miseretur &c.* quia nec per hoc revelatur peccatum sponsi, nec hoc affert ullum incommodum sponsæ, quæ nihilominus deberet peccata illa & hanc confessionem suo tempore repetere. Pastor verò omnia dissimulando assistat eorum Matrimonio, *Suar. Dicast. Ills. n. 128.*

1969.

Vide Sporer
pte 3/n. 802
et. 862

§. 9. Non frangit sigillum, qui interrogat pœnitentem de peccato ex sola complicitis confessione noto, dummodo illi de hujus confessione nullam suspicionem moveat, *Castrop. Stoz n. 249.* Neque ille frangit, qui omittit modum suum agendi, quem ex confessione novit pœnitenti esse ingratum, etiam si hic advertat propter confessa sua peccata id fieri, hic enim pœnitens censetur ipso facto ad hoc dare licentiam, *Lugo, Stoz, Businb. Aversa l. 8. Ills. n. 253.* Neque ille frangit, inquiunt *Gob. Tamb. Lugo d. 23. n. 102.* qui familiarius agit cum pœnitente propter spiritualem ejus indigentiam, v. g. si vocet ad se, si volentem exerceat in studiis, ut sic honestè occupetur & abducatur à malis con-

1970.

con-

confortiis, quamvis ille advertat hoc ideo fieri: sed limitat *Stoz*, dummodo poenitens aliquo modo ostendat se consentire, quod praefertur, inquit *Steph. n. 221*. si non ostendat sibi hoc esse molestum. E contra frangit sigillum, qui ideo ostia claudit, claves tollit, ne poenitens ultra exeat vel abutatur, aut qui ideo eum saepius visitat, ut sic terreat, per hoc enim non sine molestia & gravamine indicatur poenitentium suum peccatum ex sola confessione notum, ergo est revelatio sigilli aut saltem per hoc confessio redditur odiosa, *Aversa, Stoz n. 250. contra Con. Castrop. Tamb.*

1971. §. 10. Non frangit sigillum, qui restituit ablatum, licet dominus inde capturus sit conjecturam aliquam de authore furti, nam ea conjectura imprudens est, & id plane per accidens sequitur ex illo facto, si enim tertius aliquis restitueret qui non audivisset confitentem, non violaretur sigillum, ergo nec si Confessarius restituat, *Less in Auct. v. Restitutio cas. 2.*

1972. §. 11. Si quis dicat Cajum esse confessum peccata, aut esse confessum peccata venialia, *Regin. Lugo, Dicast. Busenb. & alii cum Aversa l. 4.* dicunt non frangi sigillum: Limitat *Gob. n. 790. Gorm. n. 393. cum Hurt.* nisi diceret esse confessum plura venialia, limitationem rejiciunt alii, quia omnibus notum est non esse hominem, qui non peccet saepius, & quivis supponitur confiteri plura quam unum peccatum. E contra alii dicunt frangi sigillum, quorum sententiam *Fagund.* dicit non esse improbabilem, nam potest quis ad confessionem ire, quamvis nulla habeat vera peccata, *Stoz n. 223. & satis est habere unicum veniale, ut absolvi possit,*

possit, ergo cum posset tantum unum veniale esse confessus, dicere confessum esse plura est frangere sigillum, nisi forte notorium esset omnibus, quod poenitens soleat peccare venialiter, tum enim hoc ipso quod palam confiteatur, dat cuivis, etiam Confessario, licentiam ita loquendi, *Stoz* n. 224. Addunt *Castrop. Stoz* n. 225. & alii contra communem, etiam per hoc frangi sigillum, si quis dicat, Cajus in confitendis minutissimis suis peccatis mihi molestus est, revelat enim peccata plura, & hoc audire est merito odiosum poenitenti: multo magis, inquit *Stoz* contra *Lugo*: erit fractio sigilli, si dicat esse confessum nova venialia: item si dicat poenitentiam, quam imposuit, maxime si sit paulo major, v. g. Rosarium vel etiam *Miserere*, *Stoz* num. 237.

§. 12. Quamvis publice notum sit Cajum 1973 esse furem, frangis sigillum, si dicas eum sua furta cum magna contritione esse tibi confessum, *Aversa, Stoz* n. 222. Quod si tantum dices eum omnia sua peccata esse rite confessum, *Castrop. Con. Laym. Tann. Lugo, Ills.* n. 246. dicunt non esse contra sigillum, cum nullum peccatum in specie, nec mortale in genere reveletur, sed sola confessio, unde reipsa tantum dicit, vel non fecisse furta, vel si fecerit esse confessum. E contra *Dian.* p. 5. t. 11. R. 42. dicit esse contra sigillum, quia in istis circumstantiis æquivalenter dicit esse confessum furta, potest enim ex vi verborum sine temeritate sic concludi, confessus est omnia sua peccata, sed peccata ejus sunt etiam furta, ergo confessus est furta: hinc *Regin. & Stoz* n. 223. dicunt, si confitetur à tempore commissorum furtorum esse

confessum, non frangi sigillum, si autem non constet, frangi indirectè ob rationem datam: unde quia communiter non constat, quòd confessus non sit, poterit sine scrupulo dici, quòd peccata sua sit rite confessus, *Fagund. Aversa, Stoz*: Expedit tamen, inquit *Regin.* petere licentiam à publico peccatore loquendi ea de notoriis ejus peccatis, quæ ad honorem ejus & ædificationem aliorum faciunt.

1974. §. 13. Si publicus peccator confessus sed non absolutus petat à Confessario Eucharistiam dicatque se absolutum, non potest Confessarius eum arguere falsitatis, potest tamen & debet, secundùm dicta l. 6. p. 1. à n. 138. ei Eucharistiam publicè petenti negare, dicendo, tu confessus es & ego feci officium meum, nihilominus cum sis publicus peccator, debes ante Communionem publicam priùs publicè ostendere, quòd mutâris tuum malum statum, *Regin. Lugo, Aversa, Stoz* n. 234. Quòd si Confessarius illum non publicè notum torvo oculo à Communionem deterreret, frangeret sigillum, hinc *S. Carolus* suprâ p. 3. c. 1. ait, si usque adeo occultum esset impedimentum Communionis, ut ex prævia duntaxat confessione constaret, nihil extra confessionem præstare tenetur, quàm ferventi eos oratione Deo commendare, & si ad Communionem se præsentem sisterent, nullo eam pacto negare. Quam sententiam omnino sequendam dicit ibidem in notis *Sylv.* quamvis contradicant plurimi cum *Alf.* n. 254. Ratio autem est, quia torvus ille aspectus est revelatio & exprobatio peccati, non aliter ac si verbis diceret eum propter peccatum esse indignum, hinc l. 6. p. 1. num. 146. dixi reo peccati ex sola confessione noti, si occultè

caute petat dandam esse Communionem. Denique dicendum est frangi sigillum, si Confessarius altâ voce vel alio modo per circumstantes intelligibili arguat poenitentem, hoc ipso enim manifestat hunc asserere materiam gravem, circa quam mereatur specialem correptionem vel examen exactius, quàm fieri soleat in venialibus. Meritò S. Carolus Borrom. Instr. Pastor. c. 12. ait, *Caveat omni modo, peccati à se auditi gravitatem gestu corporis vel nutu capitis circumstantibus prodere.* Addit c. 19. *Verbum nullum ex ore ejus excidat, ex quo, aliquo modo in peccati quantumvis levissimi, quod in confessione dictum sit, notitiam ejus venire possit.* Et Cap. Omnis De poen. & remiss. dicitur, *caveat autem omnino, ne verbo aut signo aut alio quovis modo, aliquatenus prodat peccatorem.*

Q. 292. An & quomodo liceat aliquando Confessario uti scientiâ confessionis ad avertenda mala vel evitanda peccata: R. §. 1. Docuerunt aliqui fuisse aliquando salvo sigillo licitum Confessariis deferre ad Episcopum enormia crimina poenitentium, ut mala, quæ ex illis nasci poterant, caverentur, sed rectè eos confutat *Francol.* in Cler. Rom. p. 1. d. 12. patet enim ex dictis per hoc confessionem reddendam esse odiosissimam.

§. 2. *Malderus* docet usum scientiæ confessionis non esse illicitum, si fundari possit etiam in aliis cognitionibus non dependentibus à confessione, & nemo inde venire possit in suspicionem factæ confessionis aut secreti ejus, v.g. Confessarius ex confessione novit sibi porrigendum in potu venenum, potest, inquit, declinare potum prætensâ aliâ causâ, imò teneri

neri dicit *Cón.* ne vitam prodigat. Item ex confessione scit, quòd Titius domum redituro pareret mortem, potest non redire, inquit *Sanch.* quamvis Titius recogitet id fieri ex scientia confessionis: Et pro hac sententia refert *Illf. n. 244. Scot. Henriq. Castrop. Tamb. Sporer & alios,* addens à n. 257. si in similibus casibus penitenti nullum aliud incommodum causetur præter impeditiorem peccati vel occasionis peccati, non frangi sigillum, quia hoc non est re ipsa incommodum sed beneficium. Alii ulteriores dant rationem, quia Confessarius utitur jure suo, cui non fuit præjudicatum per confessionem auditam, nec quisquam ideo retrahetur à confessione. Similiter docent *S. Tho. Regin. Mald.* si Confessarius ex confessione noverit peccatum unius è communitate, à quo sit periculum seductionis aliorum, posse & ex charitate teneri dicere illi, qui curam habet, ut diligenter vigilet super gregem suum. Item qui ex confessione scit Regem occidendum, posse in genere monere, ut sibi caveat. Putat etiam *Cón.* quòd *Laym.* dicit esse probabile, si Superior ex confessione sciat subditum noctu per aliquod ostium exire ad peccandum, quòd potest curare illud claudi; E contra *Suar. Vsq. Prep. Bonæsp. Dicast. Steph. Aversa q. 18. f. 8. Stoz nu. 253.* dicunt Confessarium vel Superiorem talem sic debere se gerere, tanquam si nihil sciret, audita enim in confessione minus scit quam quæ nescit, inquit *S. August.* & ex confessione scitum est quasi nescitum, inquit *S. Tho. in supplem. q. 1. a. 1. ad 1.* Et cum sciat ut Dei locum tenens, non potest uti pro humano commercio, aliàs divina confundit cum humanis: hinc *Delrio* dicit omnino

omnino probabilius esse, quod de omnibus istis filere debeat, seque & omnia Deo committere, tum quia hoc plurimum facit ad reverentiam Sacramenti simulque ad augendam apud omnes securitatem sigilli, tum etiam quia quamvis Confessarius non teneatur in omnibus perinde se habere atque si nihil sciret, sed in his solum, in quibus esset odium confessionis vel gravamen poenitentis, tamen ut sententia opposita redigatur in praxin, opus est tam multiplici circumspeditione, ut difficile sit non violari sigillum, ita etiam *Harts à nu. 170.* Et ob rationes datas docent *Silv. Bonac. Dicast. Stoz n. 251. contra Tamb. & Lugo d. 23. nu. 125.* si ideo nolim legere Missam in Ecclesia, quam ex sola confessione scio esse publicè pollutam, frangi sigillum: sed *Aversa f. 8.* dicit talia esse licita, si nec revelatio peccati nec ullum gravamen poenitentis inde resultet.

§. 3. Authores plures quàm 40. quos referunt *Sanch. De Matr. l. 3. d. 16. n. 2. Mendo diff. 10. q. 8. Stoz n. 244.* docent Confessarium, qui ex sola confessione novit poenitentem indignum esse officio, posse ideo illi in electione gratuita & secreta denegare suum suffragium, quia utitur jure, quod habet ad non promovendum indignum; imò aliqui dicunt ad hoc teneri, si alioquin pateretur bonum commune: sed hæc sententia non videtur practicè probabilis, nam anno 1682. die 18. Nov. in Congreg. Generali Universalis Inquisitionis emanavit hoc decretum. *Præviâ maturâ consultatione DD. Consultorum facta fuit discussio sequentis propositionis, scientiâ ex confessione acquisitâ uti licet, modò fiat sine directa aut indirecta revelatione*

& gravamine pœnitentis, nisi aliud multò gravius ex non usu sequatur, in cuius comparatione prius meritò contemnatur. *Additâ* deinde *explicatione* sive *limitatione*, quòd sit intelligenda de usu scientiæ ex confessione acquisitæ cum gravamine pœnitentis, seclusâ quacunque revelatione, atque in casu, quo multò gravius gravamen ejusdem pœnitentis ex non usu sequeretur: Et statuerunt dictam propositionem, quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine pœnitentis, omnino prohibendam esse, etiam cum dicta *explicatione* sive *limitatione*, & presenti decreto prohibent, ne quis ultra audeat talem doctrinam publicè aut privatim docere aut defendere sub pœnis arbitrio S. Congr. infligendis, mandantes etiam universis Sacramenti Pœnitentiæ Ministris, ut ab ea in praxin deducenda prorsus abstineant. Itaque nunc est certum, illicitum esse uti scientiâ confessionis cum aliquo gravamine pœnitentis, quamvis absit omnis sigilli revelatio, & quamvis multò majus gravamen ejusdem pœnitentis ex non usu sequeretur. Quoad superiores Religionum *Clemens VIII.* in decreto 26. Maji 1594. mandat, ut caveant, ne notitiâ confessionis utantur ad exteriorem gubernationem: quod pro Societate JESU severissimè prohibuit anno 1590. *Claudius Generalis* apud *Ill.* n. 259. ideoque non licet ipsis ratione talis notitiæ statuere novas leges, crebriùs visitare, magis attendere &c. etiam secluso omni revelationis periculo *Stoz num.* 254. contra *Fagnan.* *Tamb.* & alios, quorum sententia non est amplius probabilis, *Viva* in append. ad prop. damn. §. 9. dub. 1. Ad hoc, quod dicitur eligentem uti jure, quod habet ad repellendum indignum, nego habere jus, si ex sola confes-

font

fione noverit esse indignum : unde illicitum est aliquem ideo removere ab officio etiam ad nutum auferibili, *Bonac. Stoz* nu. 251. *Mendo* q. 9. aut admonere superiorem, etiam simulando se aliunde habere notitiam criminis, *Dicast. Stoz* n. 255. aut ideo se ostendere illi a superiore facto vel verbo, *Lugo, Stoz*, aut negare alicui arma, quem ex confessione scio habere aliquid contra me : aut famulum suum dimittere, quem sic cognovi esse furacem, *Stoz* num. 251. Quod si Confessarius talem famulum in Confessionali juberet clavem reddere aut suâ sponte discedere, frangeret sigillum, quia hæc jussio est actus non spectans ad confessionem, ergo censetur confessionem interrumpere & extra illam hoc loqui, *Lugo, Aversa* f. 8. *Stoz*. Ratio omnium est, quia quidquid afferret incommodum pœnitenti, quamvis abesset periculum revelandi peccatum, & ita clam fieret, ut nemo adverteret, meritò redderet confessionem odiosam, si pœnitentes scirent sibi talia incommoda fieri posse propter notitiam in confessione datam. Hinc si *Cajus* confessus esset se vitio carnis deditum esse & pronum ad seducendos alios, Confessarius sciens condormire pueris innocentibus nequidem indirectè posset facere, ut inde amoveretur, si hoc cederet in aliquod ejus incommodum, quamvis nec *Cajus* nec ullus alius adverteret hoc fieri ex scientia confessionis, *Steph.* n. 219. addens n. 221. cum *Lugo* d. 23. n. 102. & *Aversa* f. 8. si nullum esset inde incommodum pœnitentis, non frangi sigillum, quia nec peccatum revelat, nec confessionem reddit odiosam. Similiter si superior ex confessione sciat aliquem non esse Sacerdo-

tem adeoque omnes confessiones apud illum esse irritas, non ideo posset illum non designare in Confessarium, si aliàs hoc erat facturus, sic enim tantum materialiter & ex causa cooperatur istis sacrilegiis, *Dicast.* Item frangit sigillum Magister Novitiorum, si, quem propter vitia vel alios defectus ex sola confessione novit esse ineprum aut fore perniciosum religioso Ordini, ideo suo voto in Capitulo rejiciat, aut aliter directè vel indirectè faciat rejici à professione.

1978. §. 4. Quando ex non usu scientiæ confessionis deberet Confessarius facere aliquid intrinsecè malum, usus illius scientiæ est licitus & necessarius, uti si maritus invitâ uxore suscepisset Sacerdotium, & in proximo periculo mortis uxoris, audiens ejus confessionem intelligeret peccatum, ex quo cognosceret Matrimonium suum ab initio fuisse invalidum, si putatitia uxor convalesceret, non posset maritus ei petenti reddere debitum, quamvis ipsa adverteret eum negare propter scientiam confessionis, nam talis redditio debiti esset certè fornicatio intrinsecè mala, Deus autem per obligationem sigilli non potest velle id, quod est intrinsecè malum, *Illf.* n. 253. Addit, si sciam ex confessione aliquem non esse Sacerdotem, me posse desinere ipsi confiteri, quia sic simulare susceptionem Sacramenti est intrinsecè malum: Consentit *Sanch.* si hoc non sit isti homini displiciturum, ideoque per hoc confessio non fiat illi odiosa. E contrà. *Lugo* n. 105. *Dicast.* d. 12. n. 158. *Viva* §. 9. *Stoz* n. 251. probabilitè dicunt posse & debere pergere ita confiteri, nam dicere sua peccata non Sacerdoti sine intentione

tionem absolutionis, non est intrinsecè malum, & ex causa ista videtur talis simulatio ac cooperatio ad peccatum illius hominis esse materialis tantùm.

§. 5. Si Confessarius ex confessione sciat 1979.
mulierem solere confiteri carnalia, & exinde se multùm tentari, non potest emanere, si removere possit periculum proximum lapsus, aliàs frangit sigillum. *Dicast. p. 11. t. 5. R. 15. Steph. n. 223. Aversa supra.* Si tamen per hoc exponeret se periculo proximo lapsus, deberet emanere, quia se tali periculo exponere est intrinsecè malum. Item posset emanere, si sciret eam vocare, non animo confitendi sed v. g. sollicitandi illum ad peccatum, *Aversa*, id enim novit aliunde quàm ex confessione sacramentali.

Q. 293. An Confessarius post datam absolutionem vel in alia confessione possit non petiti à venià loqui cum pœnitente de auditis in confessione. R. §. 1. 1980.
Potest statim post absolutionem, v. g. admonendo de vitandis occasionibus, quia cùm in continenti, id est, pœnitente & Confessario adhuc existente in confessionalis, fiat, censetur iudicium adhuc durare saltem integraliter, *Præp. Henriq. Tann. Dicast. Tamb. Aversa, Lugo d. 23. n. 129. Stoz n. 194. Ills. n. 250. contra Fagund.* An autem hoc liceat, quando pœnitens è confessionalis discessit, dixi n. 1776. Item an hoc liceat ad corrigendum vel supplendum defectum à Confessario commissum, dixi n. 1776.

§. 2. Si Confessarius in hac confessione lo- 1981.
quatur cum pœnitente de auditis à se in alia confessione, non frangit sigillum, quia loquitur in eodem foro, *Gran. Mald. Lugo* aliique multi cum *Aversa q. 18. s. 6.* quod certum esse

dicit *Ills.* n. 251. contra *Fagund.* & *Dianam*, sic enim fit cum consuetudinariis, & hoc pertinet ad officium Judicis ac Medici. Si autem loquatur de spectantibus ad sigillum sibi aliunde notis, v. g. qui dictaverat peccata pro confessione alteri facienda, non potest nequidem in confessione de istis loqui pœnitenti, quia notitia illa non pertinuit ad hujus Confessarii forum, *Lugo* n. 128.

1982. Q. 294. Quomodo ille, qui obligatur sigillo, debeat respondere, si interrogetur circa materiam sigilli. R. Aliqui Lovanienses apud *Sandæum* ad prop. 26. ab *Inn. XI.* damnatam dicunt non posse affirmare, quod aliquid sciat, ne frangat sigillum; nec posse negare, ne mentiatur, sed debere interrogantem arguere ineptiæ & dicere, talia interrogari non debere, neque ad talia responderi posse. Doctrina illa valeret, si omnes in praxi eodem modo agerent, aut saltem si interrogatus nunquam, nequidem ubi posset & quamvis intentaretur mors, responderet aliquid de aliquo suo pœnitente, & hoc sciretur ab omnibus, sed cum plerique quandoque negent, si nempe pœnitens non sit tale quid confessus, aut saltem audientes non sciant interrogatum habere talem morem, ut nulli unquam respondeat, praxis illa non valet, quia interrogans judicabit hoc esse factum, quod interrogat: unde ut secretum tegatur, procedi potest secundum seqq.

1983. §. 1. Si Confessarius interrogetur, an pœnitens ei sit confessus peccatum, quod est notorium, communiter negare non debet, ne reddat pœnitentem suspectum de confessione non integra; nec debet affirmare, ne frangat sigil-

figillum: itaque dicat pœnitentem fecisse, quod
judicavit esse faciendum, & se functum esse suo
officio.

§. 2. Si per talem responsionem causetur 1984.
suspicio de peccato pœnitentis, aut si rogetur
simpliciter, an non sciat peccatum etiam oc-
cultum pœnitentis, dicat se nihil scire, & si o-
pus sit, hoc ipsum juret, quamvis antea jurasset
se sine restrictione vel æquivocatione respon-
surum, quia intentio interrogantis non potest
esse, nisi an sciat humano modo, id est, commu-
nicabili & spectante ad commercium huma-
num, ergo secundum dicta l. 3. p. 1. n. 284. non
mentitur sic respondendo ad intentionem in-
terrogantis, *Lugo d. 23. n. 73. Stoz n. 266. Hinc*
S. Th. in supplem. q. 11. a. 1. ad 3. ait, Homo non
adducitur in testimonium nisi ut homo, & ideo sine
lesione conscientie potest jurare se nescire, quod scit
santum ut Deus.

§. 3. Si Confessarius urgeatur, an non sciat 1985.
modo sacramentali, incōmunicabili, ut Deus,
aut quocunque alio tandem, adhuc negare de-
bet, & si opus addere juramentum, non restrin-
gendo purè mentaliter, hoc enim esse illicitum
dixi ibidem n. 285. sed quia circumstantiæ con-
significant eam his vocibus Confessarii negan-
tis, & faciunt hunc sensum, *ut liceat mihi dicere,*
nam non sola verba significare sed etiam cir-
cumstantias humano modo cognoscibiles,
ostendi l. 3. p. 1. n. 284. Jam verò omnibus con-
stat, quòd interrogatus in materia sigilli tenea-
tur celare veritatem, ergo circumstantiæ re-
spondentis, *nescio,* addunt hunc sensum, *ut li-
ceat mihi dicere.* Nec refert, si interrogans ur-
geat, an non ita sciat, ut non liceat dicere, nam

adhuc potest dicere ac jurare, quòd nesciat, iterum enim consignificabitur, ut liceat mihi dicere, & frustra vult interrogans, ut excludatur hoc additamentum, circumstantiæ enim hoc ipsum necessariò semper addunt, *Laym. Tann. Steph. Stoz* à n. 274.

1986. §. 4. Alium modum suggerunt *Tann. & Stoz* n. 273. ut Confessarius, si aliter non possit salvare sigillum, utatur vocibus purè materialiter tanquam sonis non significativis, volendo per illas nihil significare. Ratio autem, cur voces in illis circumstantiis non sint significativæ, hæc est, quia vis significativa vocum est voluntas illorum, qui eas instituerunt ad hoc vel illud significandum, atqui instituentes non voluerunt nec velle potuerunt, ut tales voces essent significativæ in casu, quo per illas revelaretur sigillum, id enim velle foret impium, nec Dei vel Reip. approbatio potest accedere, quæ tamen debet accedere, ut sit obligatio utendi vocibus, sicuti institutz sunt, ergo voces in his circumstantiis non sunt significativæ: quòd autem interrogans excipiat illas ut significativas & fallatur, sibi imputet, injustè enim interrogat.

1987. §. 5. Quando Confessarius ita injustè interrogatur de re sigillo clausa, & non potest aliter regere quàm simpliciter dicendo se nihil scire, non est opus, ut signatè cogitet de uno vel altero ex relatis modis respondendi absque mendacio, sed sufficit, si animum habeat non mentiendi, & respondere velit in eo sensu, in quo juxta Ecclesiæ & Doctorum mentem cum veritate sic loqui potest, certum enim est debere hinc esse aliquem modum licitum salvandi sigillum, nec

nec occurrit magis congruus quàm unus ex his. Et quod dictum est de confessario, valet de omni alio obligato ad sigillum: extra hos autem similesque casus gravissimos foret mendacium sicuti vocibus. Porro quando veritas celari potest modo minùs suspecto de mendacio, hic adhiberi debet, & tum priùs utendum extremo medio, quando necessitas urget.

Q. 295. Quomodo pro foro externo sit agendum circa materiam sigilli. R. §. 1. Confessarius non præsumitur revelasse sigillum, tum quia facta, præsertim illicita, non præsumuntur, tum etiam quia in dubio circa res concernentes forum præsumitur pro Judice, unde in dubio is qui asserit, probare debet, *Fagund. Bardi, Schild, T. 2. c. 5. §. 3. Stoz n. 198. 279.* 1988.

§. 2. Revelans peccatum pœnitentis, ut ipse se defendat, tenetur probare se illud extra confessionem intellexisse vel cum consensu pœnitentis loqui. Si pœnitens neget se consensisse, Confessarius probæ vitæ satis probat jurando, nisi revelatio esset in grave damnum pœnitentis vel tertii, tum enim pœnitens præsumitur non consensisse, *Suar. Bardi, Schild. Stoz n. 279.* 1989. qui notat, quando ex omnibus nihil certi erui potest, potiùs credendum Confessario dicenti sibi datam esse licentiam, ob rationem §. 1. datam.

§. 3. Consensus pœnitentis mortui præsumitur datus, quando Confessarius probæ vitæ loquitur ex confessione ad commodum unius, licet sit ad incommodum alterius, uti si indicet hæredem defuncti teneri ad aliquid restituendum, præsertim si juret. Cessaret tamen hæc præsumptio, si Confessarius non sit probæ vitæ; 1990.

tæ; si non coram Iudice vel illo, quem res concernit, sed ex levitate locutus sit; si revelatio cedat in bonum Confessarii; si dicat aliquid in grave præjudicium tertii & leve commodum alterius, *Menoch. Schild. supra.*

1991. Q. 296. Quâ præterea circumspectione hinc merito utendum sit. *Re. §. 1.* Non facile loquendum de auditis in confessione, præsertim coram secularibus, qui judicabunt Confessarios semper memoriâ tenere sua peccata ac propterea se respici aut despici, ex quo confessio fiet odiosa.

1992. §. 2. Si Confessarius aliunde sciat peccatum pœnitentis, potest ex hac altera noticia de illo loqui, dummodo absit scandalum, & audientes intelligant eum istam scientiam aliunde habere, *Aversa q. 18. f. 4 Gob. n. 788. § 15.* Non potest autem ideo confidentiùs rem affirmare, quia ex confessione scit esse veram, nec manifestare ullam circumstantiam ex solâ confessione notam, *Gorm. n. 406.* Quòd si aliunde conscius peccati velit propter illud pœnitentem punire, dicat, priusquam confiteatur, se puni-turum pro æquo, vel ad alium Confessarium dirigat, ne postea pœnitens habeat suspicionem fracti sigilli, *Laym. Stoz n. 222.*

1993. §. 3. Daturus ægro Communionem vel extremam Unctionem non interroget Confessarium, an æger sit absolutus, sed tantùm, an sit confessus, ne Confessarium incautum exponat periculo frangendi sigilli vel mendacii, si fortè non absolvisset, *Stoz n. 237.* Pessimè autem facit Pastor, si ab ægro recedens dicat debere magis exercere actus amoris prædominantis, aut si ita loquatur, ut homines intelligant absolutum non esse, quia hoc ipso, quòd prodatur indis-

possi-

positio, proditur peccatum mortale, ergo
frangitur sigillum.

§. 4. Qui dicit, *hodie mulier, miles, Sacerdos*, 1994.
mihī confessus est tale peccatum, exponit se periculo
frangendi sigillum, quia exprimendo statum &
circumstantiam temporis facit, ut persona pœ-
nitentis vel agnoscī vel in suspicionem pruden-
tem venire possit, *Fagund. Stoz n. 239.*

§. 5. Quando est sermo vel occasio simili 1995.
modo loquendi de pluribus pœnitentibus, si
Confessarius unum laudet & de aliis taceat, or-
dinariè franget sigillum, quia indirectè & inter-
pretativè alios accusat, de quibus tacet, *Fagund.*
Regin. Laym. Castrop Aversa l. 1. §. Quinto. Stoz
n. 240. Aliud est, si absolute laudaretur hic sine
respectu ad alios, de quibus non esset talis cau-
sa vel occasio loquendi, aut si excessus laudis
tantus esset, ut ideo nihil decederet aliis. Et sic
excusari potest Confessarius, qui cùm unius
valde pii vita scribenda est, dicit Historico
eum nunquam peccasse mortaliter: Si tamen,
cùm in vitam alterius pœnitentis inquiritur, ta-
ceat aut tergiversetur dare testimonium, fran-
git sigillum, *Stoz supra*

§. 6. Qui dicit Cajum sibi clam confessum 1996.
esse præterito Confessario ordinario, frangit
sigillum, nisi causam aliam det, cur sic confes-
sus sit, quia sic ingerit suspicionem peccati,
quod noluerit suo confiteri, *Stoz n. 241. Gorm.*
n. 406. Similiter qui videt aliquem extraordi-
nario Confessario clam confitentem, frangit si-
gillum, si dicat aliis, quia videns ex ipsa clancu-
laria confessione accipit notitiam cujusdam
gravioris peccati, sicuti si quis videret gestus,
per quos mutus confitetur, inde conciperet no-
ticiam

ritiam aliquam de ejus peccatis , *Stoz* n. 239.
contra *Lugonem*.

1997. §. 7. Qui dicit de suo pœnitente , confessio-
nem ejus fuisse valde longam , fuisse scriptam
per tot paginas , frangit sigillum , si pœnitens
clàm confessus est , nolitque id ab aliis resciri ,
quia hoc ipso significatur , quòd multa peccata
habuerit. E. contrà si in loco publico est con-
fessus , hoc ipso dedit licentiam Confessario &
aliis eum videntibus loquendi de diuturnitate
confessionis , nemo enim censetur velle ea ser-
vari in secreto , quæ ipse facit in publico , *Stoz*
n. 242. *Gob. T.* 7. à n. 927.

1998. §. 8. Pourrè dicit esse mortale ad recreatio-
nem seu joci causâ narrare audita in confes-
sione , quamvis absit omne periculum revelatio-
nis , quia valde irreligiosum est ad jocos adhi-
bere , quod ex illo sanctuario est acceptum. Sed
hæc sententia videtur esse nimis rigida. Alii
cum *Steph.* n. 230. dicunt esse saltem illicitam.

1999. Q. 297. Quæ sint pœnæ eorum , qui violant si-
gillum : & quomodo possit in judicio contra eos procedi ,
R. §. 1. Cap. Sacerdos De pœn. dist. 6. statuitur
pœna depositionis & perpetua ac ignominiosa
peregrinatio , sed *Clemens III.* Cap. *Omnis utrius-*
que sexûs , de Pœn. & remiss. præter pœnam de-
positionis ab officio sacerdotali postea statuit ,
ut loco istius peregrinationis detrudatur in ar-
ctum Monasterium , vel in aliam arctam custo-
diam , inquit *Stoz* l. 2. n. 276. quæ pœna cadit
in solum Sacerdotem Confessarium , qui præ-
sumptuosè revelat peccatum confessum &
aliàs ignotum , estque pœna sententiæ à judice
ecclesiastico ferendæ. Contra alios vel etiam
contra Confessarium aliter frangentem sigil-
lum

lum proceditur aliis pœnis arbitrio Judicis : & testantur plures apud Gob. T. 7. n. 842. tales Confessarios quandoque plecti capite.

§. 2. Gravis dubitatio est , quomodo procedi possit contra violatores sigilli , nam nemo sine expressa licentia pœnitentis manifestare potest vel agere de peccato , quod immediatè vel mediatè , licitè vel illicitè cognitum est ex sola confessione , ergo si pœnitens priùs expressè non consentiat , fieri non poterit accusatio de sigillo circa aliquod peccatum ipsius fracto , neque Confessarius poterit hoc fateri , neque de hoc poterunt audiri testes , neque Judex poterit ad illud fatendum cogere aut cooperari ad convincendum , quia sic faceret , ut peccatum aliquod ex sola confessione notum saltem indirectè manifestaretur. Hoc argumento convictus Gob. in Quin. T. 5. c. 42. §. 7. docet non posse judicialiter procedi contra talem Confessarium. Rationem à priori dat , quia Christus potuit , & consequenter dicendus est sic voluisse instituere hoc Sacramentum , ut in omni prorsus casu sigillum maneret inviolabile , nisi pœnitens revelari permitteret. E contra Stoz à n. 284. contendit posse judicialiter procedi contra talem Confessarium , etiam invito pœnitente , 1. quia jurisdictio Ecclesiæ debet esse talis , ut sicuti de internis in foro interno , sic de externis in foro externo possit judicare , & ubi gravissimè læditur reverentia Sacramentorum , etiam punire , non obstante voluntate cujusquam hominis privati irrationabiliter negantis licentiam , huic enim non debet esse subjecta jurisdictio Ecclesiæ , cujus leges non pendent à consensu nequidem totius populi. 2. Quia
aliàs

2000.

alias mortuo poenitente vel absente vel reddito amente nunquam poterit puniri talis Confessarius, quia non poterit peti licentia, adeoque frustra sunt Canones statuti contra ejusmodi delicta Reip. Christianæ damnosissima.

3. Si lex sigilli veteret, ne in sigillifragum inquiratur, lex illa est contra seipsam & tollit media ad sui conservationem necessaria, frustra enim est lex, ubi non est Judex, qui observantiam urgeat: imò impunitas, quam talis lex sigillifrago daret, esset maxima occasio frangendi sigillum. Itaque putat Stoz dicendum, quòd possit talis Confessarius ad Judicem deferri, Judex inquirere, testes in judicio deponere, reus ipse fateri & puniri, etiam sine licentia poenitentis & salvo sigillo. Rationes ultiores dat, quia saltem poterit talis inquisitio & probatio fieri, ut Confessarius convincatur & fateatur se frangisse sigillum, abstrahendo quomodo & in qua materia, per quod probabile est non frangi sigillum à Confessario, uti fatetur Gob. Deinde omnis poenitens debet & censetur in hoc consentire, ut servetur sigillum, & ubi violatum est, ut redintegretur, debet enim pro hoc esse consensus omnium communis, requiritque illum ipsa lex naturæ, Dei & Christi: & quamvis fortè injuriam remitteret poenitens, potest tamen reus à Judice puniri, uti à Judice punitur fur, licèt injuriam remittat & nolit puniri ille, cui est furatus, debet enim prævalere bonum commune, cui per auctoritatem publicam servire debet punitio scelerum. Estque hæc potestas inquirendi & puniendi favorabilis poenitenti, punitio enim factâ redit apud omnes obligatio prior sigilli, ergo non facit confessionem odiosam

odiosam & consequenter ex hac parte non est contra sigillum. Ita Stoz, qui ad rationem dubitandi respondet non esse contra sigillum, si peccatum pœnitentis per accidens & indirectè reveletur per aliquid, quod unice est necessarium ad servandum & redintegrandum sigillum, & ad exercendam potestatem à natura, Deo & Christo datam pro conservatione sigilli. Utraque sententia est probabilis, *Gobati* tamen sententia videtur probabilior, maximè in casu, quo pœnitens expressè negaret licentiam, quòd enim tum impediatur potestas Ecclesiæ, est per accidens, & rarò fiet, quia pœnitens communiter consentiet, uti & plerumque consentire tenetur, ne ejusmodi scelera communi bono ita perniciose per impunitatem invalescant.

Q. 298. *An expediat consulere Confessarios, 2001.*
 quando agitur de aliquo promovendo. R. Affirmat *Opstraedi* in Præfatione Pastoris boni, quia Confessarius optimè novit spiritum interiore. Sed dicendum est non expedire, tum quia eorum sciencia est tantùm pro gubernatione fori interni; tum quia datur occasio pœnitentibus, ut sincerè non confiteantur, sed quærant habere bonum nomen apud Confessarios; tum maximè quia datur incautis Confessariis occasio frangendi sigilli vel erroris causandi, quamvis enim Confessarius sciat pœnitentem esse ineptissimum, attamen cogitur commendare velut dignum, ne silentium vel frigida commendatio det suspicionem mali. Quòd si unum commendet & non alterum, contra hunc iterum movet suspicionem: Itaque rogatus dicat, quæ aliunde publica sunt & faciunt ad

commendationem, item (si ita est) esse frequentem & constantem in suscipiendis Sacramentis &c. Quod si per hoc moveret suspicionem mali, addat absolute esse devotum, pium & probum.

2001.

DUBIUM II.

Quale sit præceptum & quæ obligatio confessionis.

Resp. Præceptum confitendi, tum divinum, tum ecclesiasticum, sub mortali obligat omnes, ac solos baptizatos, qui habent mortale: illud in articulo mortis; hoc, verò, postquam ad annos discretionis pervenerint; & simul ut confiteantur proprio Sacerdoti, vel alteri, cum ejus venia, semel in anno, computando ab una confessione ad aliam, ut quidam docent, vel ab initio Januarii ad finem Decembris, ut habet communior; vel denique à Paschate ad Pascha, ut consuetudo ferè obtinuit, propter communionem, *Suar. d. 35. s. 2. Vasq. q. 90. a. 2. Lug. d. 15. sect. 3. 4. 6. & 7. Con. d. 1. d. 6. Unde resolves:*

I. Tenentur hoc præcepto. 1. Hæretici & Apostatæ, pueri doli capaces, saltem post septennium. *vid. Dia. p. 4. tr. 3. Res. 52. Lug. num. 144. & 149.* 2. Ingrediens periculofam navigationem, vel conflictum. 3. Mulier tenera primùm paritura, vel quæ solet habere partus difficiles. 4. Reus morti adjudicatus. 5. Qui signa habet mortis naturalis.

II. Improbabile est, quod docet *Sa. V. Confessio*, Ecclesiam non obligare ante pubertatem, cum anni discretionis citiùs attingantur, & con-